



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 17. De causa conversionis boni latronis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Dubium Decimum Septimum.

De Causa Conuersionis boni Latronis.

Principalis huius conuersionis causa, ut communis *S. Leo serm.*
 ore Sanctorum sententia, fuit interna motio & Spi- *2. de Pass.*
 ritus Sancti illuminatio; tametsi quoque ad hunc finem *Cyrril in*
 conuersionem conduxerit exemplum virtutis Christi, fama *Catech. 6.*
 miraculorum aut visu, vel auditu in prædicatione Chri- *13.*
 sti perceptorum. Nonnulli pro causa assignant ipsa mira- *S. Chrysost.*
 cula in morte Christi occurrentia. Verum iuxta *S. Mar- Hom. 2. de*
 tinum boni Latronis conuersio præcessit Christi mor- *de Cruce.*
 te: & secundum *S. Lucam* ipsas etiam tenebras; mira- *Orig. Hom*
 cula uero post mortem Christi patrata fuisse; ergo dictis *35. in Mat*
 miraculis bonus Latio moueri non poterat ad creden-
 dum in Christum.

In eadem hac materia adhuc alia quædam occurrunt
 dubia. Primum: an bonus Latio prius fuerit conuer-
 tus ad fidem Christi, quam in cruce, & iuxta Crucem
 Christi pendens, egerit pœnitentiam? Secundum: an
 idem fuerit baptizatus? Tertium: an primus omnium
 ingressus fuerit paradysum?

Primo respondet *Suarez*, nullam inuoluere impossi- *Suar. q. 46.*
 bilitatem, quod eius conuersio ad fidem præcesserit e- *art. 9.*
 iusdem conuersionem ad pœnitentiam in cruce elici- *Comment.*
 tum, cum & prædicatione & miraculis Christi ad illam
 moueri poterit. Nihilominus cum communi Patrum
 opinione dicendum est, huiusmodi conuersionem non
 præcessisse, sed simul contigisse in cruce.

Secundo dubio respondet *S. Cyprianus*, *S. Latronem S. Cypr. sero*
 fuisse Martyrem; ac proinde tanquam Martyrem fuisse *de Pass.*
 baptizatum *Baptismo sanguinis.*

Respondet *S. Augustinus*, cum potuisse baptizari *S. Aug. lib.*
 nisi aqua. eâ, nempe aqua, quæ fluxit ex latere Christi. *4 de Baptis.*
 Quod ipsi *Suarez* valde difficile videtur, haud enim pro- *6. 22.*

f 5 babile